

Richard.

Christum Dominum Richardus Victorin. Audi vocem unam, id est universalem doctrinam concordiam, ex quatuor cornibus altaris aurei, id est ex omnibus Prædicatoribus Christi, qui eum sublevant, & deferunt, quatuor Evangelia prædicando per quatuor partes mundi.

153.

Cant. 4. Septuag. Variab. Arabicus D. Anb.

Ad dilectam suam clamat Divinus Sponsus. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Cant 4. n. 9. Seu ut pro vulnerasti, legunt Septuaginta exordisti nos. Variab. Absolvisti mihi cor. Arabicus inflammasti corda nostra; seu D Ambros. Corde nos cepisti. Oculi sponsæ duo sunt, quomodo ergo non ait. In duobus oculis tuis, sed in uno tantum oculorum vulnerasti, exordisti, abstulisti cor meum. Juxta Cassiodorum, Bedam, Anselmum, & alios per oculos intelliguntur Doctores, ac magistri, qui tanquam oculi illuminant, dirigunt, ac deducunt in viam: dicitur ergo in uno oculorum tuorum, in quo denotatur, ut inquit citati Auctores, unitas Doctorum, quia quando ipsi sunt uniti in uno spiritu, ac luce doctrinæ, tunc vulnerant, inflammant, ac velut auferunt cor sponsæ, Beda.

Cassiod. Gregor. Carpath. Anselm. In Prædicatoribus Evangelicis idem spiritus.

Beda.

In oculis, ait, eos qui spiritualia videre, ac demonstrare solent, Doctores intelligit: In uno vero oculorum, unitas commendatur Doctorum, sive scientia quam docent.

154.

3. Reg. 1.

Cum edificaretur templum Salomonis. Præcepit Rex, ut tollerent lapides grandes, lapides preciosos in fundamentum templi. 3. Reg. 5. n. 16. Pro templi Salomonis fundamento multi constituantur lapides grandes & pretiosi, ac verò pro fundamento Apostolico, ac Ecclesiæ Christianæ, de qua scribit Paul. ad Ephes. 2. n. 20. Superadificati super fundamentum Apostolorum ipso summo angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis edificatio constructa crescit. Unus est tantum lapis angularis, pro fundamento ipso summo angulari lapide. In templo materiali multi sunt lapides: At in templo spirituali, nisi multæ sint perioræ, Apostoli, & Doctores, tamen in uno spiritu, ac una doctrina, & in uno Christo Jesu omnes inveniuntur, ut edificatio constructa crescat in cælis D Zeno l. 2. ser. 24. In totius fabricæ fundamentis, ait, non sicut in Judæa templorum, sed magis, præclarus, pretiosus, ac speciosus unus est lapis. Unde sup à c. 8. q. 10. n. 107. 108. & 109.

Omnes Doctores in uno Christo ununtur.

D. Zeno.

QUÆSTIO XVII.

Quinam sunt hi quatuor Angeli alligati in flumine Euphrate?

155. Alcazar.

ALCAZAR persistens in sua sententia secundum hoc v. sextamque hanc plagam interpretatur contra Judæos Christum respuentes; nam post iras, odia, & furioses, quibus Judæi addicti fuerunt, quæ significantur per locustas, sequuntur hæc; Atque Alcazar, Angeli qui solvuntur, sunt scilicet Amor proprius, cupiditas divitiarum, inanis hominum existimatio, & proprium judicium. Hi quatuor amatores alligantur in fluvio Euphrate præterlabente Babyloniæ civitatem, utique deperditam in cujus profluvio amatores

hujus sæculi deliciantur. At hæc sententia licet sit symbolica & ad oculos, non tamen est literalis, nec bene accommodari possunt quæ hic dicuntur; & dicitur in text. quod primum v. abiit, & furioses, iræ, & odia maxime per hujusmodi amores excitantur, quæ sub primo v. continentur.

Secundò, Aureolus, Lyranus, Sanct. Anton. 1. p. Chron. T. 6. cap. 1. §. Qui omnes hoc sacramentum ænigma transferunt, ad quartum schisma generale Ecclesiæ, quod conigit sub anno Christi 498. inter Symmachum Papam & Laurentium Antipapam; & Anastasium Imperatorem infectum hæresi Eutyhetis; & Theodoricum regem Italiæ Arrianum; hõsque ligatos fuisse in magno flumine Euphrate, id est Imperio Romano, quoniam Euphrates quartus fluvius est Gen. 2. sicut Imperium Romanum, quarta fuit Monarchia, soluti sunt ergo illi ut Ecclesiæ perturbarent; Symmachus quidem & Laurentius summo Pontificatu contententes, Anastas. verò, & Theodoricus, pro sua quique secta, & hæresi repugnantes.

At hæc sententia merito communiter rejicitur, multa enim falsa involvit; Quia illi quatuor Angeli ligati in Euphrate, sunt mali Angeli, ut statim dicam: Symmachus autem fuit optimis, & suavissimis moribus præditus, ab omni ambitione, & crudelitate alienus, ut pote sanctorum Catalogo a scriptis: Proinde non arroganter, ac ambiciose ut Laurentius Pontificatu ambiebat, sed multa cum modestia pro veritate suæ electionis sanctissime depugnabat.

Tertiò, aliqui apud Andræam, & Arctam asserunt hos quatuor Angelos esse bonos; scilicet Michaëlem; Gabrielem; Urielem, cujus fit mentio Esdr. 4. c. 4. n. 1. & c. 5. n. 10. At Angeli boni nunquam ligantur, cum Dei nutui semper sint obedientes.

Quartò, Aretas, Andræas Cæsariensis, Rupertus, Beda, Richardus, Viegas referunt hæc ad ultima mundi tempora, dicuntque quod hic Angelus sexus, si præcipuus, aliquis Dæmon, qui quatuor Angelos, id est omnes Dæmones ligatos in Euphrate Babyloniæ, id est in congregatione impiorum solvet, qui Ecclesiæ in fine mundi omnibus modis impugnabunt: At hæc sententia repugnat cum ipso textu; nam cap. 8. num. 2. ait Joannes, quod vidit septem Angelos stantes in conspectu Dei, quibus datae sunt septem tubæ, equorum numero erat hic sextus Angelus, qui cum staret in conspectu Dei boni erant Angeli, ut latè probavi ibidem quæst. 3.

Quintò, Ribeira; Cornè à Lapide, Menoch. & alii accipiunt verba sacra ad litteram, ut sonant ac proinde quod prodiit exercitus hominum militum, ac equorum, ut describitur in text. sed contra ubinam gentium, sunt equi, quorum capita sunt tanquam capita leonum & de ore ipsorum procedant ignis, fumus, & Sulphur? & quorum candæ sunt similes serpentibus Deinde vers. 16. introducitur exercitus ducentorum millionum equitum constans, ut dicam expositione sequenti: Ubinam sunt tot equi? Ubi annonæ pro tot vitiis, ac equis? In qua mundi provincia consistet talis exercitus? Pro magno prodigio scribitur, quod Xerxes habuerit exercitum unius millionis, & Cæsar qui totum Romanum Imperium

Impugnatur.

156. Aureolus, Lyran. S. Anton.

157.

Impugna.

158. Aretas, Andræas, 4 Eldr. 4.

159. Aretas, Andr. Rupert. Beda, Richard. Viegas.

Impugna.

160. Ribeira, Cornè à Lapide, Menoch, Impugna.

161. Supponen. Cap. 8.

162. Vera sententia.

163. Solvuntur quatuor Angeli pro diversitate regnorum.

164. Disjunctivè explicatur.

Imperium vi obtinuit, ne centum ferè millia equitum simul unquam sub signis habuit; quis ergo exercitus ducentorum millionum equitum congregabit? ergo hæc expositio nullo modo est ad litteram.

Ut explicem meam sententiam adverte quod Aquila magna ut vidimus cap. 8. num. 13. Voce magna clamavit tria v. id est tres plagas magnas; quinto Angelo canente factum est primum v. & plaga magna illata in Ecclesiæ, per multas & varias hæreses, ac hæreticos errores, unde v. unum abiit, & ecce veniunt adhuc duo v. post eum. Apoc 9. num. 12.

Sexto ergo Angelo canente Secundum v. secunda plaga ac calamitas advenit, de qua in præsentia, quæ licet ad Antichristi extendatur tempora, ut patet ex c. 11. & tunc soluti quatuor Angeli maxinè pugnabunt contra Ecclesiæ: Tamen hæc plaga non solum comprehendit ipsum tempus Antichristi, sed etiam multa damna, quæ ante adventum Antichristi irruent in Ecclesiæ; nam ut dicitur Matt. 24. n. 6. Erunt prælia, & surget gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentia, & fames, & erroresque de celo, quæ ab his quatuor Angelis solutis excitabuntur, sicut & Mahometana secta, quæ magnam bellum contra Ecclesiæ excitavit, & multas animas diripuit; sic hæreses in hac sacra revelatione proponuntur, sic etiam illa pestifera secta Mahometana; ac proinde sub hoc secundo v. veniunt intelligendæ plagæ, & calamitates, quæ post hæreses usque ad tempus Antichristi sunt in Ecclesiæ.

Quatuor hi Angeli alligati tempore Antichristi solvuntur, pro toto orbe, ut pro toto illo pugnent contra Ecclesiæ: Antecedenter verò solvuntur; pro aliqua orbis parte, ut pro Africa, vel Asia, in quibus impurissima Mahometana secta dominatur, vel pro aliquo regno vel Provincia ut pro Ægypto, quæ à fide Catholica est prolapsa, & in Mahometanos errores demersa.

Sicut illud quod dicitur vers. 15. Qui parati erant in horam & diem, mensem, & annum; ita explicari potest, qui parati erant, vel in horam, vel in diem, vel in mensem, vel in annum, juxta divinam dispositionem; ita & interpretari potest; quod solvuntur, pro hæc vel illa Provincia juxta Dei ordinationem, licet in fine mundi tempore Antichristi pro toto orbe sint solvendi.

Sed Deus bone! cujus natura est infinita bonitas, cur permittit Dæmones hostes infensissimos humani generis, ut à vinculis solvantur? Nonne variis criminibus irretitos suis questionibus tenebunt homines? Cur ergo pessimos spiritus inferni carceribus perpetuo non detinet? Cur ergo eos à vinculis absolutos per mundum vagari concedit? Hæc ex alto consilio à Deo permittuntur in bonum justorum, & in malum iniquorum; quia si bonus tentatione proficit, malus tentatione dejicitur, quod sub figura præstiterunt aquæ maris rubri; ingredientes Ægyptios operuerunt, ac concluserunt ut submersi perirent; Israëlitis verò paravit viam, ac fuerunt fortissimi muri & clarissimi itineris indices ad pergendum in terram promissionis, Exod. 14. numero 24. Reversa aqua operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis: nec unus quidem superavit ex eis; Filius Israël autem perrexit super mare siccum.

Hancque differentiam tentationis inter justos, & reprobos agnovit Divus Chrysostr. in Matth. Sicut ergo, ait, omnis tentatio fidelis quidem æstificat magis, infideles destruit amplius: sic & omnis increpatio disciplinae, religiosum hominem meliorem facit; irreligiosum autem, & malum conturbat, & ad dexterius ire compellit.

Quod optimè explicat Tertullian. lib. de fuga in persecutione. Hoc nomen, ait, iudicium, est persecutio, per quam quis aut probatus, aut reprobus judicatur. Hæc palla illa, quæ & nunc dominicam aream purgat, confusum fidelium acervum eventilans & discernens frumentum martyrum, & paleas negatorum. Hæc etiam scala, quas somniat Jacob, aliis ascensum in superiora, aliis descensum ad inferiora demonstrans. Pulchris exemplis ventilabri, & scalæ Jacob rem tentationis demonstrat Ventilabrum agit in ærem scenum & triticum, hoc tamen discrimine, ut scenum tradat igni, triticum reserret in horreum: Similiter scala quibusdam inservit ad ascensum, aliis verò ad descensum, sic & tentatio quosdam saluti, alios verò ruinæ, & fornaci remittit.

Ad hoc spectat Nahum, dum calamitas Ninivitis denunciatur accingitur, sic incipit cap. 1. n. Onus Ninive liber visionis Nahum, quomodo patitur, quod idem liber sit onus, & visio, nam onus dicit gravamen, & molestiam; visio verò prophetalis, consolationem ac recreationem; nam liber ille malis est gravamen, & onus; justis verò confortans, ac recreans est Rupert. ibidem. Profecto, ait, prophetia hæc, aliis onus est damnationis, aliis verò liber est consolatoria visionis.

QUÆSTIO XVIII.

Quomodo Angeli, cum spiritus sint, alligari dicuntur.

Alligari dicuntur Angeli, non boni, cum semper sint obedientes Dei nutui, sed mali seu Dæmones, ut patet ex hoc loco; & infra Apoc. 20. n. 1. Ubi dicitur Saranas, serpens antiquus ligatus per mille annos. Et Tobie 8. n. 3. Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religavit illud in deserto superioris Ægypti. Quomodo autem hujusmodi religatio fiat, inquit præsens quæst.

Et ad resolutionem quæst. suppono, Primò D. Thom. 1. p. q. 109. art. 4. quod Angeli etiam infimi ordinis dominantur Dæmonibus, quia cum totius Prælationis ordo primò, & originatè sit in Deo, & à creaturis participatur secundum id, quod Deo maxime approximantur; boni autem Angeli perfecta charitate, ac gloria Deo intimè ununtur, à quo mali ob culpam defecerunt. Ex quo apertum sit bonos Angelos malis præesse in omnibus; si ergo Dæmones ex propria malitia, alicui nocere intendunt, possunt boni Angeli, pro ut eis placuerit cohibere, quod si non faciunt, ordinationi divinæ, & non ipsorum impotentia tribuendum est.

Suppono, secundò, de quo latè agit Thomas Cantapratensis l. 2. Apum, cap. 57. Dæmones in hoc mundo commorari, quod multis exemplis

D. Chry.

166. Tertull. Genes. 3.

167. Ex tentatione uni salus, alteri perditio.

167. Nahum 1. Idem liber onus & visio.

Rupert.

168.

169. 1. D. Thom.

170. Cantap. Dæmones variis in locis in hoc mundo.

170. Cantap. Dæmones variis in locis in hoc mundo.

probat citatus Auctor. Quidam per superius ali- quod aëris spatium discurrunt, & ignei appel- lantur; alii verò vagantur per aërem con- tiguum, & nobis proximum, & aëri dicuntur; alii verò certis quibusdam in locis hujus terræ versantur, & terrestres nominantur; sicut in aqua degentes, aquei, sub terra latentes subter- ranei, quæ nomina à loco in quo versantur de- sumuntur.

171. Dæmones non alligan- tur vinculis corporis. D. Thom. Bachon. Baron.

Matth. 10.

Matth. 12.

171. Dupliciter ligantur dæ- mones à Deo.

173. Quomodo virtute Ange- licæ ligant- tur dæmones.

174. D. Ambros.

Princeps pa- cificus: hostium in- cursus do- micilii.

175. Pax: vincu- lum fortissi- mum

Cum ergo dicuntur mali Angeli quibusdam locis alligati, non intelligitur hoc fieri quibus- dam corporis vinculis: Nam Angeli, sunt omni- nò spirituales, & incorporei ut docet D. Thom. 1. p. quart. 50. art. 1. Noster Bachonius in 2. dist. 3. 17. q. unica art. 1. Michaël de Baronia in 2. dist. 3. q. unica in principio. Lesana 1. p. tract. 6. disp. 1. q. 3. §. Veritas tamen. Et de Dæmonibus. Probatur Matth. 10. n. 1. Dedit illis, scilicet Apostolis potestatem spirituum immundorum, ut eos eiecissent. Matth. 12. Cum immundus spiritus exiret, &c. & infra sumit alios septem spiritus nequiores se, &c. Cum ergo sint meri spiritus, cor- poris vinculis alligari non possunt.

Ligantur ergo Dæmones divina vel Angeli- ca potestate, qua detinentur ut de loco moveri, còque egredi nequeant, quod fieri potest tribus modis, & primum cum scilicet eis Deus subtrahat concursum divinum, qui necessarius est ad motum & egressum; simulque conservet eos in suo ubi vel situ, & modo existendi in illo loco, cui vult eos affigere: Secundò moraliter, si impedi- ant ne egrediantur minando eis acriores pœnas, si exeant, & maximè, puniendo egredientes & compellendo eos regredi.

Tertiò, si Angeli & qui eos detinet, nec hoc repugnat; sicut enim robustus vir alium minus fortem certo loco violenter detinere potest, per vim impressam. Sic Angelus Dæmonem: simi- lem enim vim licet non corporalem; sed spiri- tualem potest spiritus superior inferiori & mi- nus potenti imprimere: Atque de facto vim hanc imprimunt Dæmonibus Angeli; cum eos ex certo loco v. g. ex corporibus obfessis ener- gumenorum violenter expellant, & extrudunt. Hæc secundum litteram, diximus.

Pro morali thesi referam sententiam D. Am- brof. in præfati qui ait. Vincula igitur quatuor Angelorum verba sunt Domini, non quod Dominus præcepit persecutoribus, ut à persecutione cessa- rent; donec semina fidei per omnes gentes sparge- rentur; sed quod potestate fecit, hæc dicitur ver- bis præcepisse; Romani namque, qui ante adventum Christi à cadibus, & rapinis, atque ab effusione sanguinis generis humani manus cohibere poterunt, pace ligati sunt, atque ab effusione sanguinis prohibiti. Per hos quatuor Angelos intelligit Sanct. Doctor, Romanum imperium, qui quatuor mundi partibus dominabatur, sed qui tanti imperii ducis, ac exercitus potent alligare? An bellicosus alius Princeps militaribus potens armis? An aliqui potentissimi Regis exercitus? Minime; sed unus pacificus Rex Jesus, ex cujus pacis halitu validissimi duces cohibiti, ac alli- gati sunt, ne Evangelii fegetem turbarent nec ad alium malum inferendum manus suas mitterent. Pax alligati sunt, ac effusione sanguinis prohibiti.

Pax fortissimum vinculum est, quod possit continere, ac expugnare omnes adversarios: Admonebat Apostolus ad Ephesios 4. n. 3. So-

liciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Pax est veluti vinculum, ac alligatura quæ uni- tatem spiritus cum Deo ac proximo trahit in salutem. D. Thom. ibidem adducens illud Ecce- siast. 6. n. 26. Ne a edieris vinculis illius & qua- re? ait, quia certè, ut ibidem dicitur, vincula illius alligatura salutaris.

D. Thom. Eccl. 6.

Dicebat Christus Dominus. Matth. 6. num. 9. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Et cur inter tot præclaras virtutes, pacifici singulariter filii Dei vocantur? Maxime pacifici tanti divini Patris virtutem, ac efficaciam referunt, in cohibendis, ac domandis adversariis; proprium est enim divinæ efficacæ pugnam, ac controversias extinguere, quod singulariter in viris pacificis quasi Dei filii demonstratur; quod bella exterminant, & pacis fœdera in nullo permittant vio- lari; D. Nyssen. orat. 7. Beatitud. Quoniam, ait, sunt hi pacifici? Imitatores humanitatis divinæ, qui id, quod proprium divinæ efficientiæ est, in sua vita ostendunt; Tollit, & ad nihilum revocit Deus, quidquid extra naturam boni; & à bono alienum est: Hoc etiam tibi præscribit opus, & officium ejicere odium, finire bellum, abolere invidiam, ex- terminare pugnam.

176. Matth. 6.

Pax valde efficacæ ad ex- pugnandos hostes.

D. Nyssen.

Cum nascitur Salomon, id est Rex pacificus, Quæ genuit filium, & vocavit nomen ejus Salomo- nem. 2. Reg. 12. num. 24. Tunc sub ipso tempore. Misit Joab nuntios ad David dicens. Dimicavi adversus Rabbath, & capiendam est urbs, &c. Ibid. n. 27. Quid habet Rex pacificus cum expugnatione urbis ac hostium? Quid valet paci- ficus Princeps ut adversus illum hostes mouere non audeant? Nonne ad hostes devincendos, regnumque obtinendum, bellicosus princeps aptior est, qui bellis, armisq. omnia conterat. ac- quiescere cogat? certius sanè id faciet bellico- sus, quam pacificus. A nullo sanè melius quam à pacifico Principe hostes contineri, ac cohiberi valent; & ideo in Auspicium capiendæ urbis nascitur Rex pacificus, quia potius pace, quam armis vincenda an capienda erat, Cassiod. 2. var. Sapè, sapè vidimus, quod ubi militum arma non erumpunt, una concors Pax regnat, & triumphat, hæc enim omnibus armis fortior, ac potentior est.

177. 2. Reg. 12.

Pax fortior armis.

Cassiod.

QUÆSTIO XIX.

Quare hi quatuor Angeli potius alligan- tur in flumine Euphrate, quam in quo- libet alio?

Quatuor sunt Angeli alligati in magno fluvio Euphrate: Per hos quatuor Angelos uni- versos Dæmones intelligunt Pannon. & alii. Tam- en communis sententia, quatuor intelligit Ange- los alligatos, tanquam Archidæmones, & Princi- pes, qui præstant quatuor orbis partibus. Et quam- quam isti sunt ligati, suos tamen ubique habent satellites, & canes qui homines tentent; & dive- xent, ut experientia patet; & Asmodæus libidi- num Rex, ligatus à Sancto Raphaële in Egypti deserto Tob. 8. n. 3. adhuc tamen suos dæmones, veluti ganeones per orbem habet, ut hominum appetitus inflamment, & provocarent.

178. Pannon.

Pannon.

Quatuor tantum An- geli intel- liguntur. Tob. 8. 3.

Tota quæstio est; cur hi quatuor Dæmones, seu Angeli alligantur potius in fluvio magno Euphrate,

179.

Euphrate, quam in quolibet alio, & intelligun- tur alligati à tempore Passionis Christi, ne am- pliùs tantum hominibus nocerent, quantum antea; alligantur in hoc fluvio magno.

180.

Andreas.

Cornel.

Fecitatus.

Diabolus al- ligatur in Baptismo.

Diabolus in discordia re- sidet.

181.

Beda.

Haymo.

Ansbertus.

Pannon.

D. Thom.

Diabolus ha- bitat in di- vitibus, ac potentibus.

182.

D. Thom.

Psalm. 136.

Primo, quia Euphrates Babylonem aluit; Babylon autem mater est confusionis, & abomi- nationis; proindeque typus est Regni dia- boli, & impiorum. Secundo, Andreas, quia prope ipsum fluvium nascitur est Antichri- stus. Tertio, Cornelius, Fecitatus, & alii Eu- phratem alio respectu typus est Baptismi, per Euphratem enim tranavit Abrahamus in ter- ram promissam, indeque Hebræus, id est, tran- siens, vel transivimus est dictus, & per virtutem Baptismi alligantur dæmones, ne multum va- leant nocere. Quarto, Euphrates per medium dividit Babyloniam. Et Medi, & Persæ hanc di- versum fluvium in plures rivos, & per ejus al- veum Babylonem sunt ingressi; significat ergo Euphrates discordiam, & divisionem, in qua maxime diabolus residet, & per ipsam habet ostium apertum contra.

Quinto, Beda, Haymo, Ansbertus, per Eu- phratem interpretantur potentes sæculi. Pann- on & D. Thomas divites, nam ut ait Haymo, Euphrates fluvius est imperuosus, profundus, decurrens per Babyloniam; nam divites & po- tentes in quorum cordibus Diabolus residet, decurrunt per delicias hujus sæculi, & cum ma- gno impetu ferantur in profundum inferni D. Thom. Alligati sunt in flumine magno Euphrate, id est in cordibus divitum, & Principum munda- norum, in quibus latent, & dominantur oculis; re- strictis tamen interim quantum ad alios, ne sevant sicut poterunt sub Antichristo servire.

Sexto, ut docet. Idem D. Thomas; qui ait, alligati, id est refrenati à nocentibus hominum, ne scilicet tantum nocent, quantum possunt, & vellet in flumine magno Euphrate, id est in Pas- sione Domini, qui habuit abundantiam, & imperium magnum angustia, & ideo comparatur magno flu- mine; Euphrates juxta radicem Hebræicam, idem valet, frugifer, seu abundans, significat etiam angustiam, & afflictionem, juxta illud Psal. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fle- vimus dum recordamur tui Sion. Inde hic fluvius denotat Christi Passionem; nam Christi passio valde frugifera extitit mundo cum multa ejus angustia, & dolore; in hoc ergo flumine, seu sub figura Passionis Christi maxime coacti fue- runt dæmones, ne tantum nocerent, quantum antea.

Ait Isaias 19. num. 19. In die illa erit altare Domini, in medio terra Egypti, & titulus Do- mini juxta terminum ejus, & erit in signum, & testimonium Domino exercituum in terra Egypti. Clamabunt enim ad Dominum, à facie tribula- tis, & mittet eis salvatorem. Unde Egypto tanta felicitas, unde illi tam propitius Dominus, ut clamant à facie crudelissimi hostis tribulantis, statim salutem & protectionem obtineret. Insi- stant verba illa rationem, & erit altare Do- mini in medio Egypti. Quod altare existimat noster D. Cyrill. Alexand. fuisse crucem Domi- ni, in qua Divini Agni sanguis est effusus, cu- jus figura primo Egyptus est nobilitata; nam Angelus exterminator transiens videns sangui- nem Agni in superliminaribus transibat ser- vans tales domos incolentes ab omni morte & nocimento. Exod. 12. n. 22. inde ab ipso san-

guine effuso, seu à typo ipsius sanguinis sacra- tissimi effusi tantam protectionem est assecuta Egyptus; à facie tribulantis, ut omni salute esset condecorata; D. Anast. Sinaita lib. 8. Exa- mer. Egyptus prima vidit, ait, Agni sanguinem ad vesperam in domibus signatum ad salutem, & ostendit Agni Christi sanguinem ad vesperam effusum, & domum Ecclesie coloravit.

Passione Christi secun- do reditur homo à facie dæmonis. D. Anatal. Synai.

Quo seivi Pharaonis ob delictum in Domi- num suum tenebantur in vinculis, quorum unus Pharaonis calicem optimo vino repletum contemplatur in dextera: Videbam calicem Pharaonis in manu mea. Gen. 40. n. 8. al er veid- tia canistra candidissimo pane referta super ca- pite suum ferebat: Ego vidi somnium, quod tria canistra farina haberem super caput meum. Joseph optimus somniorum interpretes cum hac rela- agnovisset; porrigenti calicem vitam prædicit. Portanti panem mortem denunciat: quoniam tanti discriminis causa, optimè Cardinalis Ha- go inde rationem conjecturatur; porrigens cali- cem Christi passionem oculi contemplaba- tur, quam alter oblivioni tradebat, portans Pas- sionis panem, de quo dixerunt impii, mittamus lignum in panem ejus; super caput, ac mente fe- rebat Hugo; Calicem in manu habet qui Christi Passionem habet in opere. C. lix Passionis con- templatus Pharaonis vincula dissolvit, & à mor- te liberat; qua maxime implicatur ille, à cujus mente Passionis panis aivolat, & ab oculis sub- terfugit; Passionem Christi intuens vinculis pec- catorum non tenetur, quibus maxime complica- tor eam oblivioni tradens.

184.

Gen. 40.

Considerat Passione Christi vin- culum & supe- ratur mors.

Hugo.

185.

Ovem aberrantem per montes, & deserta invenit bonus Pastor inventamque, nec pascit, nec adquat, sed tantum in humeris suis im- ponit: Et cum invenit eam imponit in humeros suos gaudens. Luc. 15. num. 5. Cur omni alio pa- storis officio omisso, solum humeris appositis eam ducit ad gregem, humeris crucis ligno detritis eam asportat ad ovile; erat ovis illa ma- xime à via salutis aberrans, & multa vitiorum agritudine laborans, ut eam ergo à tot mo- bis sanaret, & virtutibus repleret, super humeros imponit, in quibus erant Passionis signa, in il- lis enim crucis vitæ erat quæ percussit salva- torem, & inde consequens erat ut omnia salu- tis commoda hominibus prodirent. Divus Am- brosius serm. 12. in Psalm. 118. Denique, ait, in- ventam Pastor ovem humeris imponit suis, Agno- scis utique mysterium, quomodo ovis lassus reficia- tur, quia non potest aliter humana conditio lassæ recreari, nisi Sacramento Domine Passionis, & sanguinis Jesu Christi, cujus principatus super hu- meros ejus.

Luc. 15.

Passione Christi vin- culum omne malum.

D. Ambros.

Apoc. 9. n. 16. Et numerus equestris exer- citus vicies millies, de- na millia, & audivi nu- merum eorum.

Num. 17. Et ita vidi equos in visio- ne, & qui sedebant su- per eos, habebant lorica- cas igneas & hyacin- thinas, & sulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leo- num, & de ore eorum procedit